



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

27. Tertia generatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(14)

Supplicium exolut perfricta rebellio , durum  
Judicium Triadis (a) tres subiere Viri.

(a) Nota hic pœnam ambitionis, rebellionis & murmuris : erant enim hi tres rebelles, blasphemii, ac rei lese majestatis in sanctiss. Trinitatem.

## SYMBOLUM 26.

### Tres Civitates Refugij

Quas separat Moyses, ut confugiat ad eum omnis, qui occiderit no-  
lens proximum suum. Deut. 4.

(a) **I**nitus qui forte Virum confecerit, iras  
Trina evasuro pandit asyla Trias.

Quo fugies qui mente furens, ac immemor æqui,  
Lætifero telo, tequè Deumque feris?

(b) Nec Bosor, aut Ramoth, aut Golan saluare valebunt,  
Tatior ad Triadem, crede , recursus erit.

(a) Deut. 4. v. 42. (b) ibidem. v. 43. nominatim assignantur ista tres civitates.

## SYMBOLUM 27.

### Tertia generatio Deut. 23.

Qui nati fuerint ex his (scilicet Idumæis & Ægyptijs) tertia  
generatione intrabunt in Ecclesiam Domini.

**S**i vel Idumæus, vel sis Ægyptius ortu ,  
Mox ut Judæus, non tibi jura fayent.

Stirps

Stirps prior haud salvat , nec quas parit altera , proles

(a) Tertia sub Triadis schemate sola beat.

(b) Sit carnis merces , seu sanguinis ista putanda,

(c) Nec non hospitij : (d) gratia pura fuit.

(a) Nota. Qui ex *Ægyptijs*, vel *Iudeis* conversus fiebat *Judæus*, ab eo primo computando, tertiam generatione ad congregationem *Judeorum*, ut privilegijs ipsorum suorum posset, prius admittebatur. [b] Vers. 7. [c] Ibidem. (d) Quia *Judei* quamdiu fuerunt advenae in *Ægypto*, fuerunt multi passi, & duriter tractati, ita ut sit pura gratia, quod Dominus Deus ratione hospitij *Ægyptijs* hic concedit. Vide Leon. Marium. Deut. 23. & comment. illi.

## SYMBOLUM 28.

Annus decimarum tertius ,

*Ac Triplices decimæ Deut. 26.*

[a] **P**ortio debetur decimarum prima Levitis ,  
Hæc solvenda sacris portio jure Viris.

Altera pars cedit Solymas visentibus ædes ;

[b] Ut cadat excelsa Victima grata Deo.

Tandem munificæ Triadis de lege , pupillis

Tertia pars , viduis , pauperibusque datur.

(a) Tertio quolibet anno triplices dabantur a *Judeis* decima. Primo levitis. Secundo advenis ter in anno Hierosolymam ad templum venientibus, Tertiò pauperibus, viduis, pupillis. Omnes hæ tresdecimæ soluebantur tertio anno; alijs vero annis duæ priores dum taxant. Vide Abul. hoc loco (b) Deut. 26. vers. 15.